UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Jncipit solemne opus expositionis Euangeliorum dominicalium tocius anni reuerendi magistri Alberti de Padua ordinis frat[rum] heremitaru[m] sancti Augustini

**Albertus <de Padua>**

**Vlme, 1480**

Prima pars

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30888**

Visual Library

officium paſſionis dñi. Decantemus ergo et nos oſanna filio
dauid. benedict9 qui venit in nomine dñi rex Iſrahel. vt ſaluet
nos in altiſſimis. qđ ipſe preſtare dignetur. qui viuit ⁊c.

## Dominica reſurrectionis domini.

## Introductio ſermonis. .xxxv. A

Aria magdalene et maria iacobi et ſalome eme-
runt aromata ⁊c. Mar. 16. hoc idem legit Mat.
28. ⁊c annunciauit angelus prim9 reſurrectionē
dñicam. ex quo ſatis innuit ꝙ illū oportet eſſe pſe
ctionis angelice. qui digne vult ſaluatoris reſur-
rectionē annunciare. Vnde ad hoc opus me ſufficere non poſſe
video. ſed tñ vires quas imperitia denegat et fragilitas: non
dubito quin veſtra caritas miniſtrabit. dat etiā vt dicit Ber-
loquendi auſum reſurrectionis dñice tanta ſolennitas. quia in-
dignum valde eſt vt eo die laudes debitas taceat lingua car-
nis. quo viz die caro reſurrexit auctoris. Vt igiť aliquid dig-
num ad laudem reſurgentis predicere poſſimus vginis matris
pium ſuffragium imploremus dicentes. aue reſurgentis mater
virgo plena gratia ⁊c. Prima pars B.

Aria magdalene et Maria iacobi ⁊ ſalome ⁊c. Licz
magna ſit leticia rem deſideratam inuenire: maxime
tñ cumulať leticia. qñ inuenitur res melior ꝙ̄ eſt de-
ſiderata ecce igitur ꝙ̄te ſit leticie preſens dies đ quo
ait ps. hec eſt dies quam fecit dñs: exultemus et letemur in ea
quia cum ſancte mulieres deſiderarent inuenire corpus xpi mor-
tuum vt illud vngerent. multo melius inuenerunt ꝙ̄ ſperarūt
quia annunciante angelo inuenerunt euz reſurrexiſſe a mortuis
et cuncta illata xpo in paſſione: mutata ſunt in gloriam reſur-
gentis. Vnde Augu. in ſermone reſurrectionis dicit. poſt illuſi
ones et verbera. poſt aceti et fellis pocula. poſt ſupplicia crucis
et vulnera poſtremo poſt ipſam mortem ⁊ infra ſurrexit de ſuo
funem caro noua. redit ab occidio latens vita. ⁊ de morte ſalus
reſeruata reſurgit. pulchrior reditura poſt funus. De iſta aūt ſā
ctaꝝ mulieꝝ inquiſitione et annuntiatione reſurrectionis agiť
in preſenti euangelio. in quo tria tanguntꝰ. Primum eſt deuotū
deſiderium ad dilectionem inflammans. Secundum eſt euidens
ſignum reſurrectionem inſinuans ibi. Et reſpicientes viderunt.
Tercium eſt colloquium angelicum ipſam reſurrectionem affir-
mans ibi. Qui dixit illis. In prima parte tangiť quō ſancte ille
mulieres venerunt ad monumentum deſiderantes vngere cor-
pus dñi: quarū deſiderium ex magno proceſſit amore. Et eaꝝ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

amor tripliciter commendat. Primo ab obſequio deuocō is. nā
vt dicit Gre. pbatio dilectionis exhibitionem operis. iſte vero
mulieres tm̄ amauerunt xp̄m. q etiam ipſi mortuo deſiderabāt
impendere ſeruitutis obſequiū. vnde dicit. ¶ Maria mag-
dalene. Iſta ceteris premittit̄ quaſi ductrix aliarum: quia feruē
tius amabat: diligencius inquirebat. et ceteras ſocias ad hoc ī
citabat: et Maria ſupple mater Jacobi minoris qui fuit cogno
minatus frater dn̄i. alibi appellat. Mar. iſtam Mariā Mariaꝫ
Joſeph. quia reuera ipſa fuit mater Jacobi minoris ꝛ Joſeph iu
ſti. atq; Symonis et Jude. cuius maritus fuit Alpheus pr̄ vero
Cleophas. et Maria. ſupple Salome. denominatur iſta Maria
a patre ſuo vocato Salome. iſta ex marito zebedeo duos genuit
filios. Jacobum maiorem et Johannē euangeliſtam. vnde iſte
due Marie fuerunt matertere xp̄i. ſorores viꝫ beate virginis.
Hic querit̄ de numero iſtarum mulierum: an fuerunt plures vł
pauciores. Et dicendum q ſm rei veritatem plures fuerunt q̄
tres. nam Luc. dicit q cum eis etiam erat iohanna vxor Cuſe
pcuratoris Herodis. que xp̄o crediderat. et alie que cum ihēſu
de galilea venerant miniſtrantes xp̄o. Sed tamē Mar. aliis ta-
citis. ſolas tres nominat. quia iſte ſicut conueniebant in nomi
ne. et differebant ab aliis: ita ſingularem deuotionē habebāt
ad xp̄m preter alias. Mat. aūt ſolum nominat duas. ſ. Mariaꝫ
magdalenam et alteram mariam. hec eſt mater Jacobi. ſed licꝫ
iſtas ſolum nominet: non tamen negat alias ibi fuiſſe. ſed Jo.
dicit q Maria magdalena venit ad monumentum. aliis oīb
tacitis: quia vt dicit Aug. licet ipſa ſola non venerit: tamē pp
ter feruentem amorem eam ſolam Jo. nominauit. et hec eſt etiā
cauſa quare euangeliſte licet quaſdam taceant: omnes tamē de
ea faciunt mentionem ¶ Sed queritur de beata virgi-
ne: quare non ſe ſociauit iſtis mulieribus ad vnguendum cor-
pus filii. Et dici pt̄ q iā conſtabat ei de reſurrectione filii. credē
dum enim eſt q reſurgens chriſtus ſtatim et primitus illi appa
ruerit. licet ſcriptura hoc taceat. qd ideo tacuit: quia matris te-
ſtimonium de filio non conſueuit audiri. et ideo non ſociauit ſe
querentibus mortuum. que iam ſciebat eum viuere. Sedulius
tamen videtur ſentire q beata virgo cum iſtis mulieribus vene
rit ad monumentum ſic dicens. Virgo parens. alieq; ſimul cuꝫ
munere matres. meſſis aromatice notum venere gementes. ad
tumulum. vacuumq; vident iam corpore factum. ſed plenum
virtute locuꝫ. Emerunt aromata. mos erat iudeoꝝ defunctoꝝ
corpora condire aromatib: vt diu abſq; corruptōe ꝯſuarētur

Sed videtur repugnantia inter Mar et Luc. quia dicit Lucas
ꝙ in ipſo die paſceue parauerunt vnguenta. et ſabbato iuxta le/
gis mandatum noluerunt occupari in vnctione corporis xpi:
ſed tranſacto ſabbato aromata prius parata detulerūt ad mo/
numentum hic vero dicit Mar. ꝙ tranſacto ſabbato emerunt
aromata. Et ſciendum ſecundum Bedam ꝙ vtrunq; verum ē
nam quia aromata parata in paraſceue non ſufficiebant. ideo
tranſacto ſabbato anteq̄ venirent ad monumentū alia aroma/
ta emerunt. et addiderunt priorib9. vel poſſet dici ꝙ Ma . dicit
hic repetendo vt ſit ſenſus. emerunt aromata. prius et cum trā/
ſiſſet ſabbatum cum aromatib9 emptis venerunt vt vngerent
corpus xpi. vt venientes vngerent iħm. ſic enim dilexerūt vi-
tam eius. ꝙ et remedia adhibebant: vt corpus mortuū abſq;
putrefactione ꝯſeruaret illeſum. ¶ Sed ꝯſiderandus ē fer/
uens amor et deuotio iſtarū mulierum in trib9. primo quidē qr
vt dicit in Jo. 19. Joſeph ab aromathia ⁊ Nicodemus ſepelie-
rant corpus iħu. et condierant illud aromatibus. vnde dicit.
ꝙ Nico. attulit mixturam mirre et aloes: quaſi libras centum
et ſepelliuit corpus dn̄i. Superfluum igit̄ erat: ꝙ iſte mulieres
vellent vngere corpus dn̄i. Et dicendum ꝙ iſta eſt ꝯditio veri
amantis: vt magis eligat ipſe ꝓprium obſequium rei amate im/
pendere: q̄ȝ vt alius impendat. vis igitur amoris agebat in ſā/
ctis iſtis mulierib9: vt vellent tangere et vngere corpus chriſti
quanq̄ȝ iam aromatib9 ꝯditum. quia quicq̇d actum erat ab ali/
is ſine eis. minus eorū erat eis. Item ſecundo attende earū amo/
rem. naturaliter enim horribile eſt videre mortuum. ⁊ pertracta/
re illud in monumento. et maxime in nocte: ita ꝙ etiam mater
timeat filium mortuum. ſed amor in iſtis mulierib9 vincebat fra/
gilitatem nature: quia non ſolum non timebant: verum etiam
deſiderabant videre corpus xpi: tangere: et vngere. tantū eniȝ
eum dilexerant viuum. ꝙ non credebant poſſe timere de mor-
tuo. Item tercio non retraxit eas ſuſpicio fetoris corpis mortui
quia ſic fuerunt delectate in amore viuentis: ꝙ nullum faſtidi-
um fetoris credebant poſſe percipere a mortuo. ¶ Secūdo
commendatur amor iſtarum mulierum a ſolicitudine veniendi
ſic eñ fuerunt ſolicite: ꝙ non exſpectauerunt plene diē. Et val/
de mane: vere valde mane erat. quia vt dicit in. Jo. venerunt
ita mane: ꝙ adhuc tenebre erant. In luca aūt ſcriptum eſt. val
de diluculo venerunt ad monumentum. Eſt aūt diluculum illa
claritas que media eſt inter noctis tenebras diei claritatē. q̄ cla/
ritas vt dic̄ Aug. noīe aurore ſolet appellari. vna ſabbatorum

id eſt prima die poſt ſabbatum vel prima die ſabbatoꝝ.i. p̄ma die ſeptimane. et vtroq̄ȝ modo ſignificat̄ dies hodiernus. veni/unt ad monumentum. qd̄ erat extra ciuitatem edificatū in orto Orto iam ſole. Si valde mane erat: vt dicit ipſe Mar. ita vt adhuc eſſent tenebre: vt dicit Jo. nō videt̄ ꝙ venerint orto iā ſole. Et poteſt dici ſm̄ Augu. ꝙ valde mane venerunt cum adhuc tenebre eſſent. nihilominus orto iam ſole.i. cum celum ab oriente iam albeſceret: qd̄ quia non fit niſi in vicinitate ſolis orientis. ideo ſic dicunt veniſſe valde mane cum adhuc eſſent aliq̄ tenebrarum nocturnarum reliquie: ꝙ etiam orto iam ſole. quā horam Lucas expreſſius nominauit diluculum in quo eſt claritas cum aliqua p̄te tenebrarum. vel pōt dici ꝙ valde mane cuȝ adhuc tenebre eſſent: ceperunt venire ad monumentum. ſed orto iam ſole: fuerunt ad monumentum in quibꝰ omnibꝰ feruēs eaꝝ amor exprimit̄. cū em̄ indecens ſit mulieri egredi foras valde mane. impetus tn̄ et vis amoris poſtpoſuit omnem que videbatur indecentiam. ❡ Querit̄ hora aduentus mulieꝝ ad monumentum: quia licet ſatis concorditer dicant. Mar. Lu. et Jo. eas veniſſe diluculo in aurora Mat. tn̄ ab omnibus diſſētire videtur: qui dicit. Veſperi aūt ſabbati que luceſcit in p̄ma ſabbati. venit Maria magdalēa ⁊ altera Maria videre ſepulchrum. Et dicendum ꝙ illud qd̄ dictum eſt tenendum eſt ꝓ veritate: ꝙ in aurora venerunt. Et hoc idē dicit Mat. ꝑ verba magis obſcura. vnde verba eius ſunt exponenda. q2 veſperi poteſt accipi tripl'r. primo ſm̄ Augu. pro veſpere qd̄ eſt noctis principium. ipſa tota nox ſequens ſabbatum poteſt intelligi ꝑ ſynodochen partem totum. quam noctem ideo nominauit a prima ꝑte: quia in p̄ncipio ipſius noctis incipiebat eſſe licitum operari qd̄ in die non licuerat. in hoc igit̄ veſpere.i. nocte venerunt. in qua vero noctis hora venerint. ſubiungit. que luceſcit in prima ſabbati: quia in diluculo patrie ſabbati. ſic igit̄ conſtruendum eſt veſperi aūt ſabbati.i. nocte poſt ſabbatum: que.ſ. nox vt hoc relatiuum que referatur non quidem ad vocem: quia veſpere eſt neutri generis. ſed ad ſenſuȝ luceſcit.i. cepit lucere in prima.ſ. die ſabbati qd̄ quidem luceſcere idem eſt ꝙ diluculum. Tūc certe venit Maria magdalena ⁊c. Secundo vt dicit Beda ꝓ veſpere poteſt accipi vere ipſa vltima hora diei ſabbati: que erat principium noctis ſequentis. veſpere em̄ huius ſabbati venerunt mulieres quia ceperunt ſe parare ad veniendum. ceperunt em̄ parare vnguenta quibus venientes vngerent iheſum ⁊ hoc expreſſe dr̄ in Mar. Sed tamen non venerunt ad monumentuȝ corporali

preſentia: niſi qn̄ illa hora veſpere luceſcit in prima ſabbati .i. in
diluculo. Tercio ſm Ambro. p veſpere poteſt intelligi ipſuꝫ di
luculum qd̓ eſt finis noctis et ſabbati principium. veſpere enim
idem eſt qd̓ ſero. et poteſt ſignificare tarditatem vniuſcuiuſqꝫ rei
ſicut Augu. in libro ꝯfeſſionū loquit̃ deo ſero te cognoui pulch
ritudo mea dn̄e. ſm hoc ergo non tm̄ finis diei: ſed etiam finis
noctis veſpere poteſt appellari. Erit igit̃ ſenſus veſpere aūt ſab
bati .i. terminata nocte ſequente ſabbatum. nam etiam nox ha-
bet ſuum veſpere: qd̓ eſt diluculum. et hoc eſt qd̓ dicit: que lu
ceſcit in prima ſabbati. venit maria magdalena et altera maria
videre ſepulchꝝ. patet igit̃. ꝙ ſm iſtas expoſicōes Mat. n̄ diſ
ſentit ab aliis euangeliſtis. ℌ Tercio cōmendat̃ amor
iſtarum mulierꝝ a feruore: quia nullum impedimentum nec ali
quod periculum retrahebat eas ab obſequio xp̄i. cum tn̄ mag-
nus lapis appoſitus eſſet monumento. et milites cuſtodirent
illud. Et dicebant adinuicem. colloquentes interrogabāt ſe mu
tuo. Quis reuoluet nobis lapideꝫ ab hoſtio monumenti. Et mi
rum eſt quare non aſſumpſerunt Petrum et Jo. vel aliquos
apoſtolorꝝ: qui lapidem reuoluerent. ⁊ forte nullus diſcipu-
rum p̄ſumebat accedere ad monumentū. timebant em̄ ne cape
rentur a militibꝫ dicentibus: ꝙ voluiſſent furari corpꝰ dn̄i. At
tende feruorem amoris ſanctarum mulierꝝ: quia non timebāt
cuſtodes armatos. vis em̄ amoris eas fecerat fortes: vt nihil ti-
merent. Cant. 8. Fortis eſt vt mors dilectio. Attende etiaꝫ ꝙ
non deſtiterunt ab incepto ex hoc ꝙ dubitabāt quis reuolueret
lapidem monumenti. nec em̄ aliquis vir p̄ſumpſiſſet accedere.
ꝓpter cuſtodiam militum. ſed nec ipſi milites attemptaſſēt reſe
rare ſepulchꝝ. quia vt dr̄ in Mat. lapis ſepulchri ſignatꝰ erat
ſigillis principum ſacerdotum ⁊ phariſeorꝝ. hys tn̄ non obſtā
tibus ſancte mulieres nihilominus ſperabant vngere corpus
dn̄i virtus em̄ amoris facit amantem bone ſpei: vt nihil repu-
tet impoſſibile. ſed credat ēē parata. q̄ ſufragant̃ amoris deſide
rio. vnde illud virgilii. Quid non ſperamus amantes. Et Tere
cius q̄to inqt minus ſpei eſt: tanto magis amo ꝛc. S. da ps

Ecundo cū dicitur. Et reſpicientes tangitur duplex
ſignum chriſti reſurrectionem inſinuans. Primuꝫ ē
reuolutio lapidis ab hoſtio monumenti. ſi em̄ lapis
erat ſublatus ⁊ corpus dn̄i non erat in monumēto
ſatis erat ꝓbabile ſignum ꝙ reſurrexerat. nec em̄ quiſqꝫ violē
ter aut letanter potuiſſet corpus auferre ꝓpter cuſtodiam mili-
tum. hoc eſt igit̃ qd̓ prius dicit. Et reſpicientes viderūt lapidē

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN